ex debito paſtoralis officij habere ꝑpara/
tionem animi ad defenſionem veritatꝭ ca/
tholice/etiam vſqꝫ ad mortem/ſpectat etiā
cognoſcere cū Greg. ꝙ vtilius ſcandalum
naſci ꝑmittitur: qꝫ veritas deſeratur. Po
ſtulemus tandem ꝛc.

¶ Tantundem de hac oratione repertum
fuit Lugduni in monaſterio celeſtinoꝛuꝫ
de manu ipſius dn̄i Jo. de gerſon ꝯſcriptū

## ¶ Sermo factus in lo
co ſeſſionis cōcilij generalis conſtanti. p⁹
nouū receſſum pape Jo. xxiij. eodem con/
cilio Anno dn̄i Mccccxv. vigilia domini
ce ramiſpalmarum.

Ambulate dum lucem habetis:
vt non tenebre vos comphen/
dant/ Jubet hoc chriſtus ꝑres
oꝛtodoxi/patres non in tabuliſ
ereis vt olim apud romanos ſed in libꝛo vi
te conſcripti. Jubet inqꝫ xp̄s oꝛiginaliter:
Jo. xij. et recitatur i euāgelio ſabbati pſen/
tis: vos obedientes audite/ambulate non
paſſibus coꝛpis. ſed greſſibꝫ mentis: ambu
late de virtute in virtutē/dum lucē habetꝭ/
et qualem lucē Reſpōdeat lux vera: cui⁹ h̄
verbū eſt qui ſequitur me nō. a. in. te. ſꝫ. h.
lvi. Aſſis inuocatus dn̄e Jeſu ꝑclariſſi
me ſol iuſticie diſſice terrene nebulas ꝛ pō
dera molis: atqꝫ tuo ſplendoꝛe mica/ abſqꝫ
te enim ꝑcipiti merſa ꝓfundo mens hebet:
et ꝓpria luce relicta tendit in externas ire te
nebras. Hoc ne fiat tu mediatrix/tu aduo
cata et exoratrix nr̄a ſuppliciter adeūda es
virgo glorioꝛiſſima: que tui nōis interpta/
tione tam illuminata qꝫ illuminatrix dice/
ris Et ꝗ lūine; Proꝛſus lumie gratie/ꝗ ſic il
luminata es. vt dicaris in apoc. Mulier a
micta ſole. hoc tu nobis lumē vt infundas
de plenitudine tua. ſuppliciter imploꝛam⁹
ſalutātes ꝛ dicētes. Aue ꝛc. Ambulate dū
lucē habetis: vt nō tenebre vos cōpꝛehen/
dant. Lux iſta eſt iam dixi ꝛ repeto/lux iſta
eſt pr̄es celeberrimi/deus/qui gloꝛificatur
in cōcilio ſctōꝝ dicēte ps. Magnus ꝛ terri
bilis ſuꝑ omnes qui in circuitu eius ſunt/
cuius hanc tenemus infallibilem ꝓmiſſio
nem Math. xviij. Ubi duo vel tres ꝯgre/
gati fuerint in noīe meo/ibi in medio coꝛuꝫ
ſum/ſicut vidit ps. Dn̄ cecinit in concili/
iuſtoꝝ et in cōgregatione magna opa dn̄i/
Et magna placiimo ingentia iam vidim⁹
in hoc cōcilio iuſtoꝝ dei opa ſpontaneam
et vix ſperatā ceſſionis viam/porro cum p/
pter ſemetipm̄ ꝛ vt gloꝛificet fecerit oīa de/
us: quo pacto credendus eſt ꝑclarioꝛi cele
britate gloꝛificari: qꝫ in cōcilio iuſtoꝝ: ꝗ ve
ra laus eſt in eccleſia ſanctoꝝ. Tales vos
eſſe cōuenit oꝛthodoxi ꝛ deo amabiles pa/
tres ac dn̄i. vt cōciliū ſitis ſanctoꝝ ꝛ iuſto/
rū: qs poſuit de⁹ in mūdo. qſi ꝑa totidē lūi/
naria: vos inqt eſtis lux mundi: ſiquidem
in hoc conſtituti eſtis alios purgare illūi/
nare atqꝫ ꝑficere nūc maxime cum factus ē
cōuentus iſte ſacroſctūs/dum adunatus ē
cetus. dum cōgregata eſt eccia/vt de Ma/
chabeis ſcribitꝭ qtīis oꝛarent ꝛ peterent mi
ſericoꝛdiā a deo: Et vt opitulante eo decer
neretur ꝗd facto opus eſſet. Exultat ani
mus ꝓfecto leuans in circuitu oculos et vi
dens omnes iſtos ꝗ cōgregati ſunt tibi. h̄ ē
ad vtilitatem tuam o ppl'e xp̄iane/congau
det admirās ſpūs meus: et in hāc erūpit ec
cleſiaſtici cātus vocem Ciues apl'oꝝ ꝛ do/
meſtici dei. aduenerunt hodie poꝛtātes fa/
cem: ꝛ illuminātes patriam: dare pacē gen
tibus: ꝛ liberare ppl'm dn̄i/qualiter libera/
re/ exhoꝛtando clamando qꝫ: ambulate dū
lucem habetis vt nō tenebre vos comphē/
dant: cuius delicie ſunt eſſe cū filijs hoīꝝ/ip
ſe tēbꝛe diſionū ſciſmatūqꝫ tēbꝛe tot erroꝛū
et hereſum: tenebre demū hoꝛride tot vicio
rum ꝑ ecciaſticū coꝛpus vaſto quodaꝫ tur
bine miſerabiliter exundantiū. Ambu/
late igitur dum lucem habetis. vt nō heu vos
tenebre comphendant/ lucem itaqꝫ habe/
tis patres luminoſiſſimi xp̄m ꝗ vere ē in lo
co iſto: vel emanuel ꝗ interptatꝛ nobiſcū de
us. cuius hec eſt certiſſima ꝓmiſſio. Ecce
ego vobiſcum ſum oībꝫ diebꝫ vſqꝫ ad con/
ſummatiōem ſcl'i. Deus iſte eſt ꝗ gloꝛifica
tur in cōcilio ſctōꝝ magnus et terribilis ſu
per omnes ꝗ in circuitu eius ſunt/ꝛ heu i
circuitu tuo dn̄e res omnes eſſe dicūtꝛ: queꝫ
tu velut ſpera intelligibil' cui⁹ centrū vbi/
qꝫ eſt. circūferētia nuſqꝫ: tu vbiqꝫ es extra ñ
excluſus. intra nō cōcluſus. ſupꝛa nō elat⁹
infra nō ꝓſtratus: idō magn⁹ valde. terribil'
gloꝛioſus ꝛ ſuperexaltatus in ſecula. Ecce
patres oꝛthodoxe ꝙ ad hoc ipm̄ vt gloꝛifi/
cetur deus ꝛ illuſtretꝛ eccia/nūc celeberrima
ꝑiſieñ. vniuerſitas cultrix ꝛ amatrix coꝛuꝫ
oīm ꝗ xp̄iane religionis pietatem ꝗ ſanam
doctrinā reſpiciūt ipſa ad exēplar xp̄ianiſſi
mi regꝭ fr̄acoꝝ pr̄is ſui dignātiſſimi legati
onē mittit ꝗrens primo ea que pacis ſunt.

Deniq₃ ſecūdo q̄ fidei ſunt: Deniq₃ tertio
q̄ virtutis et eccleſiaſtice ſūt libertatis. qm̄
ad hec tria ꝑncipaliter ſynodus hec ſacra
tendit. Juſſit heſterno veſpe ꝑ ambaſia
tores ⁊ nūcios ſuos hic p̄ſētes. q̄tenus hoc
matutino tempore/ eſſem habiturus orati
onē noīe ſuo/ ꝓ veritatis elucidatōne circa
ea q̄ ꝑ hoc ſacrū ↄciliū agēda videnꝛ occur
rere/ Nullus opinor mirabiꝛ ſi ad hāc iuſ/
ſionē ego fragilitatis mee ↄſcius ⁊ tempis
artatiōe p̄ſſus expaui. Nihilominus i deo
cuius glorificatio queriꝛ fiſus/ ⁊ de ſtudio
p̄terito ſup hac v̄itatis inquiſitiōe memor
regis p̄terea ⁊ eccleſie regni ſui voluntate ꝑ
inſtructiōes cognita. Juſſioni deniq₃ ma/
tris inclitiſſime/ cuius legē dimittere nequa
monitus a ſapiente/ ego tanq̄₃ obediētie fi
lius parere deſiderans conatus ſum aggre
di cū hūili dicendoꝝ oīm ad hoc ſanctorū
concilium ſubmiſſionē vt iure ſuo dirigat
omnia vel acceptet vel corrigat. Et i pri
mis quaten⁹ habeaꝛ ordo dicendoꝝ luci/
dus ⁊ breuis/ q₂ vel eſt qđ teriꝛ ordine lon
gu₃/ ↄuertam⁹ interim dilato themate ocu
los noſtre ↄſiderationis ad hoc qđ dictū ē
deū eſſe q̄ glorificaꝛ in cōcilio ſanctoꝝ qui
magn⁹ eſt ⁊ t. ſ. o. q̄. i. cir. e. ſunt. Defigam⁹
in hoc pſalmate verbo mētis intuitū: nec ꝑ
multa vagemur₃ fallor ſi nō ibi videbim⁹
hui⁹ ſacro ſancte ſynodi cām quadruplicē:
efficientē/ videlicet formalē finalē ⁊ mate/
rialem ⁊c. Vult aliq̄s cognoſcere cām ef
ficientē: plane illa eſt. Deus magn⁹ ⁊ terri/
bilis/ cui⁹ inſtinctu miſeratōne afflatu ⁊ at
tractu collecta eſt nūc eccleſia: ſicut eleuat⁹
ſpū p̄cecinit pſalmiſta. Deū eſſe qui diſp/
ſiones iſraelis ↄgregabit/ qui ↄgregat ele/
ctos ſuos a q̄tuor ventis/ a ſolis ortu ⁊ oc/
caſu/ ab aquilone ⁊ mari: tm̄mō qui cepit
orand⁹ eſt vt ip̄e ꝑficiat₃ leua i circuitu tuo
o ſacer cet⁹/ oculos tuos ⁊ vide: omnes iſti
ↄgregati ſūt: venerūt tibi. Quidni ↄtingat
tibi qđ idem ꝓpha loquiꝛ yſaias. Tunc vi
debis ⁊ afflues: ⁊ mirabiꝛ ⁊ dilatabitur cor
tuū. Et ſi dilateꝛ/ nūquid nō implebit illđ
ſpū ſuo deus. Porro cā formalis eſt hec
ipa collectio ſeu ↄnexio ↄciliꝫ ſanctoꝝ/ vel
ſpūſancto formāte ⁊ exemplāte. qui ē nex⁹
⁊ vinculū ↄpaginans in vnū diuerſa mem
bra ſanctoꝝ: ſic agnoſcit eccl'ia petens ꝓ ſe
ipa vt ſpūſancto ↄgregata hoſtili nullate/
nus incurſione turbeꝛ. Querit aliq̄s p̄/
terea finalē hui⁹ ſacri ↄuētus cām: ſane illa
eſt vt glorificeꝛ deus magn⁹ ⁊ terribilis/ iu
xta vocē apl'i dicentis oīa in gloriā dei faci
te; hec itaq₃ recta hec efficax ſemita ad oīm
que voluerim⁹ adeptionē/ ſi primo queſie/
rim⁹ gloriā ſuā: dedit hoc intelligi dum ait
Primū querite regnū dei ⁊ iuſticiā eius/ ⁊
hec omnia adicienꝛ vobis. Omnes po/
ſtremo q̄ in circuitu dei ſunt/ accipiunꝛ ve
luti ꝓ cā materiali ⁊ de ſe informi. Nam ſic
hoīb₉ ꝑ ſciſmata peccantib₉/ ↄſequēs ē vni
uerſa ſub deo qđāmō deformari/ qm̄ hō fi/
nis eſt oīm/ dicentib₉ platone et ariſtotele.
neceſſe eſt aūt ſcꝫm exigentiā finis oīa mode
rari: ſic ex aduerſo veniūt oīa ꝑ hoc ſancto
rū cōciliū dn̄o efficiēte formāte ⁊ finiēte re
formāda. Jta eni de p̄cioſo ſanguie xp̄i ca
nit eccl'ia: terra pont⁹ aſtra mūd⁹ quo lauā/
tur flumie. Quo circa videre fas eſt dein
ceps/ quo titulo relucet in cā efficiēte ac re
ſidet infruſtrabilis auctoritas/ q̄ cā eſt de⁹
magn⁹ ⁊ terribilis ex quo oīa in menſura;
Relucet in cā formali exēplaris vnitas/ vt
ſint oēs vnū/ ſicut eſtis nūc in ↄcilio ſācto
rū: ⁊ hoc in deo ꝑ quē oīa in numero: Relu
cet in cā finali ſpūalis vtilitas: q₂ vt glori/
ficeꝛ de⁹ in quo oīa in pondere. Demu₃
ↄcludiꝛ in cā materiali generalis viuendo
rum reformādorūq₃ vniuerſitas/ oīm ſcili
cet que in circuitu dei ſunt: quaten⁹ oīa re/
formenꝛ in nūero pondere ⁊ mēſura: Con
cedente deo: Ex quo oīa/ hinc modus vni
tas ⁊ mēſura: Per quē oīa/ hinc ſpēs veri/
tas ⁊ numer⁹: Jn quo oīa/ hinc ordo boni
tas ⁊ pond⁹/ quo pondere refluūt oīa i cām
que dedit eſſe. Ceteꝝ prima triplicitas ap
propriaꝛ p̄ri/ ſcđa filio/ tertia ſpiritui ſācto;
bene habet/ iacta ſunt fundamēta ſolidita
te quadrāgula: ſupedificare poſſumus te/
tras pytagoricū/ hoc eſt quadruplicē con/
ſtructionū ꝑietē vel ſtructurā: ⁊ dicere pro
prima ↄſtructione. Deus magn⁹ ⁊ terri
bilis ſic glorificaꝛ in hoc cōcilio ſanctorū:
ꝙ eidē ſufficientē p̄bet ⁊ infallibilē aucto/
ritatem vt cā efficiens: quo ad primū fun/
damentū. Rurſus ꝓ ſcđa ↄſtructōe De⁹
magn⁹ ⁊ terribilis trahit ⁊ allicit oēs in cō/
mune xp̄ianos/ ad vni⁹ veri capitis vnita/
tem/ tāq̄₃ cā formās ⁊ exemplās/ quo ad ſe/
cundū fundamētū primū in reformatione
Ampli⁹ pro tertia ↄſtructōe Deus ma/
gnus ⁊ terribilis ſic glorificari vult in h̄ cō
cilio ſanctoꝝ ꝙ oīa p̄cipue fiāt ad honorē
⁊ ↄſeruatōne₃ ſue legis ac fidei ſine qua ei
v

placere nemo poteſt. quo ad tertiū funda-
mentū/ſcdm in reformatōe. Demū p quar
ta ꝯclusione Deus magnꝰ ꝛ terribilis/pa-
tus eſt reb⁹ omnib⁹/maxime hominib⁹ cō-
cedere ꝑ hoc conciliū ſanctoꝝ/quādam re-
formationis pulcritudinē/glorificationē
ordinē ꝛ decorem cum ꝓuiſionib⁹ idoneis:
aduerſus eos qui nō in rectitudine morū/
ſed in circuitu ꝑgunt vicioꝝ. ꝛ hoc p quar
ta ꝯſtructione ſuꝑ vltimū fundamentū qđ
eſt tertiū in reformatione. Poterat hic
ordo teneri ſub his terminis. ſed aliā ꝓgre
di viam ſuaſerūt verba thematis. q̄ in me-
thaphora lucis fundata ſunt. Reuertamur
igitur ꝛ ponamus lucē diuini ꝓcepti. quia
preceptū dn̄i lucidū illuminās oculos. Lu
cernam inſuꝑ diem legis. ſicut petrus loq̄-
tur vt iubente deo poſita ſuꝑ candelabrū
luceat omnib⁹ que in domo ſunt. que do-
mus eſt eccl'ia vel hoc ſacrū conciliū vice
ſua. Diffundat ꝛ ſpargat ꝯſequēter lux ipſa
veritas euangelica. xij. conſideratōes qua
ſi totidem effulgentiſſimos radios verita-
tum ꝑticulariū/ſplendidos ꝛ coruſcantes
Ponamus in primis imo iam poſitam
digito ſicut aiunt demōſtremus lucē apo
ſtolici ſymboli/quo dicitur credo in ſpiri-
tumſanctū. ꝛ viuificantē. quid viuificantē
Certe in vnam ſanctam catholicam ꝛ apo-
ſtolicam eccleſiam. vnā propter colligatio-
nem ad vnum caput primariū xp̄m/ꝛ vica
rium ſummū pontificem. ſanctam propter
ſanctorū ꝯmunionē ꝛ remiſſionē peccato-
rum. vt infra ſubditur. catholicam hoc eſt
vl'em. quoniā ab eius obligatione nullus
viator imunis eſt. apoſtolicam/quoniā in
apoſtolorū ꝛ propheterū ꝑ quos ſpūſſan-
ctus locutus eſt doctrinis fundata eſt. ꝛ ſi-
miliū filioꝝ ſucceſſione duratura. Certꝰ
ſum q̄ nullus qui vel haberi vel dici vult
xp̄ianus caligare ſe dicet ad hanc lucem.
Suꝑaddamus lucē alteram apoſtolici
verbi conformē huic luci. Solliciti ſerua-
re vnitatem ſpūs/in vincula pacis. vnum
corpꝰ ꝛ vnus ſpūs/ſicut vocati eſtis i vna
ſpe vocatōnis veſtre. vnus dn̄s/vna fides
vnū baptiſma. vnus deus ꝛ pater oīm. qui
ſuꝑ omnes/per omnia ꝛ in omnib⁹ nobis.
Sequit. ꝛ ipſe dedit quoſdā quidē ap'los/
quoſdā aūt ꝓphas/alios vero euāgeliſtas/
alios aūt paſtores ꝛ doctores. ad ꝯſūmatō
nē ſanctoꝝ in opus miniſterij/in edificatōē
corporis xp̄i. donec occurramꝰ omnes in vni
tatem fidei agnitionis filij dei/in virū ꝑfe
ctum/in mēſuram etatis plenitudinis xp̄i
Sequit. veritatē aūt facientes in caritate
creſcamꝰ in illo ꝑ omnia qui eſt caput xp̄s:
ex quo totū corpus ꝯpactū ꝛ ꝯnexū ꝑ om-
nem iuncturā ſubminiſtrationis ſm̄ opatio
nem in mēſurā vniuſcuiuſq̄ mēbri augmē
tum corporis facit in edificatōnē ſui in cari
tate. hec ap'lus ad Eph. iiij. ꝛ in hanc ſniam
multa ad Coloſſen. i. et. ij. et. i. Cor. xij. et
ad Ro. xij. poſita ſunt. Hec aūt ꝯparatio ve-
ri corporis ad myſticū multū lūis affert inq̄
ſitorib⁹ veritatis/nedū apud ph'os ſicut ari-
ſtotelē ꝛ plutarcū. ſed apud theolo. paulū
ꝓcipue. Diffundunt vero ſicut premiſi
mus. xij. ꝯſideratōes ex hoc ſimboli ꝛ ap'li
doctrinali luce q̄ſi totidem radij veritatis
ſplendidiſſimi. Eccleſiaſtica vnitas ad
vnū caput xp̄m fit ꝛ agglutinat ꝑ amoroſū
ſpūſſancti vinculū mediantib⁹ diuinis ca-
riſmatib⁹/tanq̄ qualitatiuis diſpoſitioni-
bus/reddentib⁹ in corpore myſtico cōple-
xionalē armoniā viuificam ꝛ decentem ad
opera vite ſpūaliter ſufficienter exercenda.
Eccleſiaſtica vnitas ad vnū caput ſecū
darium qđ dicit ſummus pontifex xp̄i vi-
carius fecundior eſt multiplicior/copioſi-
or ꝛ maior q̄ fuerit ꝯgregatio ſynagoge et
q̄ ſit ꝯgregatio ciuilis ſub vno rectore re-
ge vel impatore. Eccleſia habet poteſta
tem ſeu facultatē/ex viuifico germine ſibi
inſito ꝑ ſpiritūſanctū. q̄ ſeipam poteſt cō-
tinuare in integritate ꝛ vnitate mēbrorum
ſuoꝝ/tam eſſentialiū ſeu formaliū q̄ mate
rialiū atq̄ fluentiū. Eccleſia h̄ʒ ſpōſum
indefectibilē xp̄m. ſic q̄ lege ſtante nec chri
ſtus poteſt ipſi ſponſe ſue eccleſie dare libel
lum repudij/nec ecōuerſo. Eccleſia nō
ita ligatur matrimoniali vinculo ad vica-
rium indefectibilē ſponſi ſui. quin mutuo
ſe poſſint abſoluere et dare libellum repu-
dij. Eccleſia vel generale cōciliū eā rep̄n
tās eſt regula a ſpūſancto directa tradicta
a xp̄o. vt quilibet cuiuſcūq̄ ſtatus etiā pa-
palis exiſtat eam audire ac eidem obedire
teneatur. Alioquin habendus eſt vt ethni
cus ꝛ publicanus. Patet ex immutabili le
ge diuina Math. xviij. promulgata. Con
cilium generale ſic deſcribi poteſt. Conci-
lium generale eſt aggregatio legitima au-
ctoritate facta ad aliquē locum/ex omni ſta
tu hierarchico totius eccleſie catholice nul
la fideli ꝑſona que audiri requirat excluſa

ad ſalubriter tractandū ꝛ ordinandum ea
que debitū regimē eiuſdem eccleſie in fide
et moribus reſpiciunt. Eccleſia vel ge⸗
nerale ↄciliū dū dictat aliq̄ regimē eccleſie
ↄcernentia/papa n̄ ſic ē ſupra iura etiā po⸗
ſitiua/ꝙ poſſit ꝑ libito diſſoluere talia di⸗
ctata ꝑ eccleſiā/eo modo ꝛ intentione qui⸗
bus dictata ↄcluſaq; ſunt. Eccleſia vel
R generale conciliū q̄uis non poſſit tollere
plenitudinē poteſtatis papalis a xp̄o ſup⸗
naturaliter ꝛ miſericorditer collate/pōt ta⸗
men vſum eius limitare ſub certis regulis
ac legibꝫ/in edificationē eccleſie ꝓpter quaꝫ
papalis auctoritas ꝛ alterius hominis col
lata eſt. Et in hoc eſt totius eccleſiaſtice re
formationis ſtabile fundamentū. Eccle
ſia vel generale conciliū potuit et pōt con
gregari ſine expreſſo conſenſu vel mādato
pape etiam rite electi/ꝛ viuentis in multis
caſibꝫ. Unus inter ceteros eſt/ qꝛ accuſatꝰ
ꝛ euocatus ſit vt audiat eccl'iam iuxta legē
euangelicā allegatā/cui legi ſubiectꝰ eſt/et
ipſe renuit cōtumaciter eccl'iam conuocare
Alius caſus vbi materie grandes cōcernē
tes regimen eccl'ie veniūt terminande per
generale conciliū/ꝛ papa renuit cōtumaci
ter illud euocare. Alius ſi etiā dictatū ſit ꝑ
generale conciliū ꝙ debeat tali vel tali tp̄e
cōuocari. Alter caſus eſt vbi ꝓbabilis eſt
dubitatio ſup cōtendentia pluriū de papa
tu. Eccleſia ſeu generale conciliū ſi viaꝫ
aliquā concluſerit ſeu dictauerit acceptan⸗
dam eſſe a papa pro terminatione ſciſma⸗
tis ipſe tenetur illam acceptare/ꝛ ita ſm̄ pre
parationem aī tenetur ad ceſſionem ꝛ duꝫ
vltro offert eam ꝛ preuenit ipſe reddit̄ mul⸗
tipliciter cōmendādus. Eccleſia ſeu ge⸗
nerale concilium precipue debet intende⸗
re cum proſecutione vnius perfecte ad ex⸗
tirpationem errorū/ꝛ emendationem errā
tium ſine perſonarum acceptione. Simili
ter ad hoc ꝙ hierarchicus ordo eccleſiaſti⸗
cus prelatorum ꝛ curatoruꝫ multipliciter
turbatus reformetur/ad ſimilitudinem di
uine celeſtis hierarchie/ꝛ conformiter ad
regulas primitus inſtitutas. Eccleſia n̄
habet efficacius medium ad generaleꝫ ſui
ipſius reformationem/q̄ȝ ſi ſtatuatur gene
ralium conciliorum cōtinuatio/celebratō
nem prouincialium nō omittendo. Ex
plicit. Et attendat benignus lector/ꝙ pro
lator huius ſermonis J. cancellarius pari
ſienſis preſſus nimia temporis anguſtia/
probationes dictatas nō appoſuit ad has
conſiderationes/ſed prout in mentē ꝛ lin⸗
guam ex recordatione preteritorum opu⸗
ſculorum/preſertim tempore concilij piſa
ni dum abſens ab eo legebat pariſius/ in⸗
ſerens materiam hanc quam in tractatulo
quodam ſub. xx. conſiderationuꝫ numero
ſcriptam repoſuit/ cuius initium eſt. Ue⸗
nient autē dies cum auferetur ab eis ſpō⸗
ſus/vbi predicte conſiderationes/ꝛ in pro
poſitione vna coram legatis anglie pergē
tibus ad concilium piſanum tunc pariſiꝰ
habita/prolixiori ſolidioriq;/ manifeſtate
ſunt argumentatione/qui tractatus ꝛ pro⸗
poſitio ꝓdierūt in publicum/ vt habeat q̄
voluerit fas eſt.

Amplius vero iuxta legationis onus Z
impoſitum per xp̄ianiſſimum regem
francorum ac vniuerſitatem ꝑclariſſimaꝫ
pariſien̄. propoſuerat idem cācellarius pꝰ
verbum de eccleſiaſtica vnitate ſubiunge⸗
re de errorum extirpatione/ſed impeditus
tunc partim amicoruꝫ ſuaſione/ partim tē
poris artatione/ ꝛ vt in prolixitate non in
eſſet faſtidium/ſilentio preterijt quoꝝ ali⸗
qua ſummatim hic ſubiūcta ſunt. Glo⸗
rificationem dei/patres apoſtolici/patres
glorioſi poſuimus eſſe finem huius conci
lij ſanctorum: quatenus pleni ſunt celum
et terra. O deus magne ꝛ terribilis/gloria
tua/quatenus non iam ambulent in erro⸗
rum circuitu impij ſuper terram/ſed agno
ſcant. quoniam magna eſt gloria / dicente
ſapiente/ſequi te dominum per ſemitas le
gis tue pacificas/ quoniam pax multa di⸗
ligentibus legem tuam: ꝛ nō eſt illis ſcan
dalum/ et quia ſi credit̄ eidem ſapienti/ni⸗
hil dulcius q̄ȝ reſpicere in mandatis dei.

Sed ve mūdo a ſcandalis/ve tibi ma⸗
la voluntas/ꝛ ideo mala quoniam arrogā
ti ſuperbia gloriam propriam querens an
teponis eam diuine/nolens ſubici legi ſue
neq; captiuare omnem intellectum in ob⸗
ſequium fidei. hinc hereſes ꝛ errores impij
hinc ſcandalorum turbationes horride/
hinc ordine violato plurima fedaq; confu
ſio/hinc tandeꝫ in hoībꝫ ꝛ ex ↄn̄ti ꝑ omnia
que ꝓpter hoīes fecit deus/ſuborit̄ frequēt
nō gloria dei/nō pax hoībꝫ/ſed tetra q̄dam
alteratio/mortificās ꝛ abiciēs viuificantē
gratie ſpm̄/ꝛ cadaueroſam mōſtroſoꝝ de⸗
fectuū nō tam formā q̄ȝ deformitatē indu⸗
cens. Deplorat hāc ꝑuerſiſſimā rerum

vicisſitudinẽ xp̄ianiſſimꝰ francoꝝ rex cum
eccl'ia tota regni ſui/miſeret/dolet/ꝯpatit/
⁊ ab h̄ ſacroſctō ꝯcilio legitimas ꝓuiſiões
efflagitat. Non ꝯfundat precor ab expecta
tione ſua/nolite careat pijſſimis deſiderio
rum ſuoꝝ effectibꝫ/ ſed ⁊ patrem ſequit ſua
proles/regē videlicet filia ſua pariſien. vni
uerſitas: nec tantū ſequit ſed preit humili
tate ſalua/qn̄qꝫ conſilijs/ nūc exhortatōni
bus/aliquādo doctrinis/ſciens ꝙ veritas
cuſtodit regem/ſciens p̄terea ſe poſitā apo
ſtoli iuſſu vt potens ſit exhortari in doctri
na ſana/⁊ eos qui ꝯtradicunt arguere/que
poſuit areſt.opa duo ſapiētis. Deniqꝫ pa
ta eſt tāqꝫ poſita in lucem eccl'ie ad ſatiſfa
ctionem/omī poſcenti rationē/de ea que i
ipſa eſt fide/ ⁊ ſpe/vt in omnibꝫ ⁊ ꝑ omnia
M glorificet deus. Inſurrexerunt ecce poſt
aliqua tpa plurime doctrine ꝑegrine varie
peſtifere ⁊ dānate/obtenebrātes eccleſiam
per multa xp̄ianitatis membra/ per regna
per prouincias/ꝑ regiones inſignes. Pro
ceſſum eſt ad expellendas hmōi doctrina
rum tetras caligines nunc luce diſputatio
nis doctrinalis ꝑ doctores ⁊ vniuerſitates:
nūc flabello iudicialis reprobationis per
dyoceſanos ⁊ inꝗſitores heretice prauita
tis/in anglia/in ſcocia/in praga/in francia
Nōdum tamen vel illuminari vel emēda
ri ſufficienter inſpeximus/ cecam ⁊ ſtultã
improbitatē aſſertoꝝ/ſectatoꝝqꝫ ſuorum:
quin error aſſidue ſicut cancer ſerpat/⁊ ali
cubi palam quaſi nudato enſe ꝑ nationes
⁊ populos imprudēter erūpat. Propterea
neceſſe eſt ꝑ ſplēdidiſſimā ⁊ inoffuſcabilē
huiꝰ ſacri concilij lucem prouida celeritate
de remedijs inſtitui: vt qui ſpreuerūt prela
tos ⁊ doctores diuiſim poſitos tanqꝫ lucer
nas in domo dei: reuereant eos ꝯſpiciant ⁊
obediant dū in vnā hāc eccleſie domū col
lecti dabūt auctis ſue robur et pondꝰ/ibūt
in ſplendore fulgurātis haſte repbationis
iudicialis. qualem nemo ꝗ xp̄ianus videri
vult audebit ꝯtemnere. Iſto contemnat:
Ipſe tamen de ꝯtemptu ſuo fulgurationem
concremationē qꝫ ſubicit vt iuſtū ē. Et
qm̄ charitas ſicut incipit a ſe et a ſuis/dile
ctionis exhibitione ſic in correctionis ⁊ e
emendatōnis ꝓcuratōne priorē habere lo
cū debet/ne ſubeat illud inpropꝗ ꝓuerbiū.
Medice cura teipm̄. Et illud de apl'i ſnīa
qui predicas non furandū furaris/non oc
cidendum occidis/non ꝑiurandū deieras

⁊ ita de reliquis. Hic chriſtianiſſimus rex
nr̄/ſuaqꝫ ꝑ adoptationē dignatiuā chariſ
ſima filia/pariſien. vniuerſitas voluerunt
hactenus a regno et a ſuis ꝑuerſa quorūlibꝫ
errorum zizania/mox vt erumpere ſeu ger
minare ſentiebantur/diligēter opprimi/re
ſecari: que nunc falce doctrine/ nunc ſecuri
paſtoralis ſnīe. Ita tamen vt non ſimul e
radicaretur ⁊ triticū. Sunt plurima rei ꝗ
loquimur documenta/e quibꝫ vnū/qd̄ no
uitate acritateqꝫ p̄cellit cenſuimus imediū
deducere. Ecce patentes regis noſtri litte
ras/quas audire libeat. Legi debebat hec li
tera patens: cuius initium eſt poſt intitu
lationem Regia maieſtas noſtra De hinc
ſubiungendum erat. Audiuit ſacroſan A
ctū hoc concilium iuſtoꝝ/quatenus in chri
ſtianiſſimo rege noſtro ferueat zelus/ad ea
que fidei ſunt/abſqꝫ omni ꝑſonaꝝ accepti
one/abſqꝫ reſpectu ꝓprie etiam carnis ⁊ ſā
guinis. Terreat ipſe deus magnus et terri
bilis qui glorificatur in concilio iuſtoꝝ/ꝗ
ſalubriter ⁊ potēter intonat. Ambulate dū
lucem habetis/ ſubdit monitionis cauſa
Ne tenebre vos cōprehendant Et quales
oro denſiores fugibiliores horribilioreſqꝫ
tenebre qꝫ errorum et hereſum circa prima
p̄ceptorum moralium principia vt ſūt. Nō
periurabis/ Non occides Non inſidiabe
ris. Terreat ipſos eccl'iaſticos paſtores ⁊
doctores poſitos in lucem alioꝝ/ſi non ad
exemplar tam inſigne atqꝫ ꝑlucidum xp̄ia
niſſimi regis noſtri/non eos illuminet ac
cendat et inflāmet zelus domus dei. Vox
dicentis Clama ne ceſſes et annuncia po
pulo meo peccata ſua. Si non vrgeat eos
procedere conſtanti celeritate ad effugatio
nem errorum tenebroſorū/ ⁊ ad illumina
tionem errantiū. Neqꝫ enī poteſt integra ſa
lubritate/ſine ſecundo primū fieri/quoni
am dum impune ꝑtinacia manet in erran
tibus: conualeſcant ⁊ ſeuiant errores neceſ
ſe eſt. Sed in ipſa meditatione mea vi
detur occurrere animalis homo/nō ſapiēs
que dei ſunt/deum nō inuocans. Illic pre
terea trepidat timore/ vbi nō eſt timor: ma
gnus/eſt inquit ſuſurratione tremula/ma
gnus credite ⁊ terribilis quem tangūt ⁊ no
tant errores huiuſmodi princeps eſt. Sci
mus autem quid ſapiens enunciet. Indi
gnatio principis mors/⁊ vir prudens pla
cabit eam: quid queſo ſi ſeuiat: ſi ſeditio
nes cōcitet: ſi bella moueat: ſi ſecū plimos

hos terroribus/hos ꝑmiſſis in errorem ſuum trahat. Ita vt ſi fieri poteſt moueantur etiam electi. Uide ſedulo ac iterum iterumqꝫ recogita/ait animalis homo/ ne fortaſſis obinde preſtetur tam deſiderātiſſime iam iamqꝫ in ianuis exiſtenti/paci eccleſie/grandis obex/vel totalis diruptio.

Atuero nihil hic tale timēdū O ſtrenuiſſimi pugiles fidei. O potentiſſimi legū diuinaꝝ defenſores. Nihil inq̄ꝫ tale timendū timentibꝰ deū/et obedientibꝰ iuſſioni/ qua dixit Nolite terreri ab eis qui corpus occidūt/animā vero occidere non poſſunt Ita dico vobis hunc timere; timeatur deꝰ ꝛ nō terreat. Homo;time deū( ſuadet agu.) et minantem mūdum vniuerſum ridebis. Tollatur hec ſuſpicioſa pigri formidatio/ dicentis leo eſt in via/deuorandus ſum;qꝛ ꝑfecto magna ꝛ vnica ſecuritas eſt nil timere preter deum. Cuius hec iuſſio eſt. Uſqꝫ ad mortem certa ꝓ iuſticia.ꝛ iterum. Eſto fidelis vſqꝫ ad mortem/ ꝛ ſimilia. Potueramus rem hāc in longius deducere/.ꝑ q̄ interim ſatis ſint breues et paucule cōſiderationes/quaſi totidem radij moralis/ luminoſeqꝫ veritatis. Prouidendū eſt hereticali deuiationi demoni ꝑ eccleſiaſtica membra ſerpenti/non minus celeriter ꝛ efficaciter.q̄ꝫ ſciſmati ſup ꝑ cōtendentiā de papatu. Eccleſia quippe magis in fide q̄ꝫ in ſecūdario capite fundata eſt. Prouidendum eſt conſtantius ꝑ hoc ſacrum cōciliū ad extirpationem erroꝝ/emēdationē errātium q̄nto qui errant plures ſunt/potentiores et maiores. Et ſi quis dixerit ꝙ bella ſuſcitabunt/diffamat eos nimis/neqꝫ ei leuiter credi debꝫ. Prouidendū ē ad emēdationem errantiū/ꝑ eos qui ſe dicūt amicos eoꝝ vigilantiori ſolicitudine q̄ꝫ per extraneos ceteris paribꝰ. Preſtantes ſcienter impedimentū ne errantes reſipiſcant/ꝛ corde credant ad iuſticiam/ꝛ ore faciāt cōfeſſionem ad ſalutē.habendi ſūt hoſtes capitales errantiū ꝛ ſalutis eoꝝ. Preſtantes ſcienter impedimētum ne tollantur errores/ꝛ errantes corrigantur/reddituri ſūt rationem de damnis omnibus tam ſpiritualibus/ q̄ꝫ temporalibus que obinde ꝑuenerunt aut venient. Omiſſio ſeu diſſimulatio preſtantium impedimentū nedū poſitiue ſed priuatiue vel omiſſiue/directe vel indirecte/ per cautelas hūanas/ ne tollantur errores.cauſat ſuſpitionem de fautoria heretice prauitatis/quādoqꝫ leuem/ quādoqꝫ vehementem/quādoqꝫ cōuincentem iuxta varietatem obligationum. Inexcuſabilior ꝛ aliquādo pernicioſior eſt error in principijs legis naturalis/ ſicut ſūt precepta decalogi/ſm planum ꝛ vſitatum intellectum verborum apud omnes vtentes ratione/.q̄ꝫ ſit error in articulis fidei/ q̄ ſunt ſupra nature facultatem. Et in agibilibus q̄ꝫ ſpeculabilibꝰ. Conditionalis proteſtatio vel confeſſio/nō ſufficit ad purgationem legitimam/ ſuper publicatione vel defenſione vel aūoatione errorū/ quorum oppoſitas veritates tenetur errans explicita fide tenere. Diffamatus publice ꝛ notorie/ſuper publicatione aut defenſione errorum contrariorū recte fidei ꝛ moribus tenetur ſeipm purgare/ ſi poteſt corā iudice legitimo etiam nemine eum perſonaliter accuſante. tenetur eni ſeruare famā propriam/ꝛ ab alijs ſcādala preſtita remouere. Pax regnorum per xp̄ianitatē vix poteſt efficacius ꝛ diuinius procurari q̄ꝫ ꝑ legitimam extirpationem errorum/ꝛ correctionem errantium. Querere prouiſionem ſuper extirpatione errorum/ et correptione errantium non eſt impedire proſecutionem vnionis eccleſie.ſed eſt eam iuuare ꝛ accelerare multis attentis.ita vt verum ſit/ꝙ oportet vnum facere/ꝛ aliud nō obmittere. Explicit

## Sequitur propoſitio facta coram concilio generali Conſtañ ex parte regis francie per eximiū ſacre theologie profeſſorem/dominū Cancellarium pariſieñ. Anno dñi. M.cccc.xvi.die q̄nta maij. Reſpōſiua ad quādam ꝓpoſitionē ex ꝑte dñi Burgundie per epiſcopū Atrebatenſem prius videlicet ſecunda dicti menſis factam.

Reuerendiſſimi patres ac domini ꝓclariſſimi/deo inſuper amabiles egregij ac ſpectabiles viri doctiſſimi atqꝫ ſapientes. Deus qui glorificatur in concilio ſanctorū magnus ꝛ terribilis mihi locuturo.imo nobis humilibꝰ ambaſiatoribus xp̄ianiſſimi francorū regis/pro parte ſua ꝛ veritatis catholice defenſione locuturis/coram hoc ſacroſanctorum concilio/ in ſpiritu pacis et lenitatis congregato/in quo glorificatur deus.exorandus eſt in primis/ac ſibi dicendū cum

propheta. Deus iudiciū tuū regi da. Accō
modū ſatis eſt quod ſequitur/ ⁊ iuſticiam
tuam filio regis. Juſte quidem ſic expoſci
mus. rite ſic exordimur: quoniam dicente
eodem ꝓpha. Honor regis iudiciū diligit.
Que ratio? Nimirū quia conſtitut⁹ eſt rex
a deo iudex oīm in vindictā malefactoꝝ/
laudem vero bonoꝝ/ neq enī ſine cauſa
gladium portat. Confitet hoc ipm pia gra
taq recognitione/ idem rex ſuis patentib
literis prout infra docebim⁹. Sed ve mū/
do a ſcandalis/ ve calūniantibus xp̄ianiſſi
mum regem ſuperbis/ ita vt exclamare fas
habeat tam apud deum q̄ apud hoc con/
cilium dei nutu congregatū. Feci iudiciū
⁊ iuſticiam: ne tradas me calūniantib me.
Et illud quod ſequitur. Suſcipe ſeruum
tuum in bonum/ non calūnientur me ſup/
bi. Ex a quibus oro calūniantibus querit
rex eripi? quales ſunt iſte calūnie? Dicem⁹
pauca pro re tanta: vt protinus ad rem ve
niamus quā exponere atq defendere miſſi
ſumus nos humiles ⁊ deuoti eiuſdē regis
ambaſiatores. Ecce calūnia dicentiū etiā
in hoc concilio/ quam auribus his accepi
Quid queritis? Rex veſter nō fecit iudiciū
et iuſticiā ſup nece luctuoſiſſima vnici fra/
tris ſui/ quā vel diſſimulauit vel indulſit.
Calūniantur ex aduerſo plurimi dicentes
Rex vtiq iuſtificationē mortis illius non
iuſte damnari fecit vel ꝑmiſit: quā mortē
nō reprobare/ ſed approbare debuerat. Au/
ditis calūnias quaquauerſum dextrorſum
⁊ ſiniſtrorſum? quas quomō diſſoluemus
Attendite patres orthodoxi. Allegatū nu/
per hic audiſtis: ⁊ i epiſtola dominice cur/
rentis ſcriptum eſt. Sequamini inquit ve
ſtigia eius/ qui peccatum non fecit: ⁊ hic ē
chriſtus ieſus quem inuenimus proprias
iniurias equanimiter indulſiſſe: qui cum
malediceretur ſicut ſubdit petrus non ma
ledicebat. cum pateretur non cōminabat.
Ipſum vero patris ſui dei/ diuineq legis
ſue contumelias acriter repuliſſe legimus
ſemper: adeo ꝙ referente Marco dictū eſt
quādoq de eo. propter feruorem defendē/
de legis dei: quoniā i furorē verſus ē. Ho/
tat iſta Chryſ ſup illud mat. Vade retro
ſathanas: vbi nos inculpat qui mites i in/
iurijs dei ſumus: acres vero et implacabi/
les imo crudeles in noſtris vindicādis in/
uenimur. Non ſic moyſes: qui manſuetiſ/
ſimus exiſtens omniū qui erant in terra/

mira ſeueritate preuaricatores legis diui/
ne vindicare curauit. Rex igitur xp̄ianiſſi/
mus ⁊ vere manſuetiſſimus atq tot⁹ ama/
bilis/ ſequēdo veſtigia eius qui peccatum
non fecit/ pronus fuit ac indulgentiſſim⁹
in perſonalibus iniurijs: ſicut ⁊ fuerat ipe
frater ſuus: quo iubente nemo vnq̄ vita ꝑ
uatus eſt. Recogitat idē rex velut ad ſe di
ctum/ ꝙ reges iſrahel clementes ſunt. Et
illud Salomonis. Miſericordia ⁊ veri/
tas cuſtodiunt regem/ ⁊ clementia robora/
tur thronus eius. Quāobrem ſicut tradit
in his patentibus lr̄is miſericordia in eo
ſuperexaltauit iudiciū: dum de fratris aman
tiſſimi nece vindictam nō accepit. At vero
dum ad iniurias diuine legis ac fidei/ dū
in adulterationē ſacrilegā verbi dei proceſ
ſum eſt: ipe nulla ratione potuit hactenus
induci/ vt diſſimulanter eas ferret: appro/
bando iuſtificationē ſcelerată hereticalem
⁊ impiam huius execrande necis. Tenuit
miſericordiā in primo: veritatem in altero
cuſtodiuit. Accipite patres ꝯſcripti me
moriter queādmodum collaudauit ⁊ gra/
tias egit ipe rex/ huic ſacro concilio. ꝙ hāc
aſſertionem Quibus tyrannis ⁊c. damna/
uerat vt hereticā. Que quidem aſſertio ſi/
cut referunt predicte litere inuenta eſt ex te
ſtimonio fide digno/ ſufficienter contineri
in damnata ꝓpoſitione defuncti Ma. Jo:
parui: qui iuſtificare mortem hanc nititur
horribilem. Et ecce teſtimoniū. xvi. magi/
ſtrorum in theologia in his literis quales
ſunt apud iudices. Lectura vero tam iſta/
rum q̄ aliarū literarū atq ſcedularum pla
ceat vt reſeruetur in finem/ ne fiat interim
noſtra veluti cicatcoſa narratio. Porro
licet habeat paruitas mea/ hoc loco patres
celeberrimi/ grandem ⁊ multam aduerſus
calūniantes me reſpondendi materiam: ni
hilominus pudet me ⁊ pudere debet q̄ ſū
puluis ⁊ cinis. ſi non ad imitationem xp̄i
capitis noſtri. ſi non exemplo xp̄ianiſſimi
regis vt prefertur. ſi non ad publicam hu/
ius ſacri concilij iuſſionem. quāq velut e
celo ſonantem libens accipio/ ſi nō inquā
nunc agam diſſimulanter circa proprias i
iurias: quatenus illas dei ac fidei moroſi/
us. ⁊ eo efficacius quo patientius/ poſſim
proſequi. Decreui preterea nō inſiſtere cir
ca relationem eorum que ſunt in facto: de
quibus conſtare poterit ⁊ poteſt/ quis ve/
ra vel falſa dixerit in proſpectu tam ſacri

concilij. Nam conari oīa falſa reuellere, et
mordentes remordere: cōtentio potius ca/
nina eſt. muliebris pcax ꝛ indigna. q̄ gra/
uitas xpiana. Xpus iam dixi ꝛ repeto/ cuꝫ
malediceret' nō maledicebat/ cū pateret' nō
ꝯminabat': vbi ſatis q̄d ſequamur admo/
nuit. Legi q̄ dixit v̄ba iniq̄ꝝ pualuerūt ſup
nos. Seq̄tur fructus: et impietatibꝫ nr̄is.
tu ꝓpiciaberis; fruct⁹ plane ſalubris ꝛ vber
rimus. Fuit ni fallor rex dauid cui⁹ hec ver
ba ſunt. qui cū malediceret' a ſemey dixit ad
abiſay volentē eū cōfodere. Dimitte vt ma
ledicat mihi: ſi forte reddat mihi dn̄s bonū
p maledictione hodierna. Porro ſi quē v̄/
bis ꝯſtringam/ puſillū vel magnū/. neq; ei
glorior me pfectū eſſe qualē iacobus loq̄t
dicens. qui verbo non offendit hic pfectus
eſt vir: veniaꝫ ſupplex peto. Deniq; quali
zelo vel intentione materiā hāc fidei/ caſtiſ
ſima mentis integritate tractandā, pſecut⁹
vſq; modo fuerī/ ſcis o cordiū deus inſpe
ctor/ teſtimoniū mihi phibente ꝯſcientia/
q̄ nihil mihi ꝯſcius ſū aliud intendiſſe pn
cipaliter deliberato ꝛ recollecto in ſe aīo. ni
ſi dilectionem ꝛ emendationē hominū/ cū
odio et extirpatione vitioꝝ ꝛ erroꝝ: etiam
vſq; ad certa diſcrimia corpis et vite. Hoc
odiū habebat q̄ dixit/ Perfecto odio ode/
ram illos Gloſa; pfectū odiū eſt diligere na
turā vel pſonā: culpā odiſſe. Sed quid ſe/
quit'; inimici facti ſunt mihi; ꝓpterea ſi tale
mihi ꝯtigerit āmirari nō debeo. Uetus ei
ꝛ tritū vulgo, puerbiū eſt Ueritas odiū pa
rit. Et etſi nihil mihi ꝯſcius ſum: nihilomi
nus pclamo tremēs ꝛ pauidus cū aplo/ q̄
non in hoc iuſtificatus ſum. Nam qui me
iudicat dn̄s eſt. dominus ille magnus ꝛ ter
ribilis: ante cuius tribunal ſtabimus oēs
Illic apte videbitur quo quis zelo qua ſin
ceritate ꝛ ſimplicitate/ fidem ac legem ſuaꝫ
ſeruauerit/ defenderit/ ꝛ p eadeꝫ certauerit.
Felix qui tūc dicere poterit ex v̄o corde Fe/
ci iudiciū ꝛ iuſticiā.. Felix qui imitatus fu
erit modo quo p̄diximus xp̄m/ ꝓprias tole
lerando: ꝛ diuinas abſq; vlla miſeratione i
iurias pſequendo. Felix deniq; cui p zelo
domus dei dici poterit. Iſte ſanctus pro
lege dei ſui certauit vſq; mortem; et a ver/
bis impioꝝ non timuit: fundatus eni erat
ſupra firmā petrā. His itaq; prelocutis
liberatus videor ab oneroſiſſima inutili ꝛ
forte pbroſa ꝯtentione/ reſpondendi pun/
ctualiter vel articulatim ad omnia que ſūt

in facto circa proceſſum Reuerendi patris
epiſcopi pariſieñ: et inquiſitores heretice
prauitatis in toto regno francie/ Qui pro
ceſſus ſi ſit in hac ciuitate Conſtañ: poſtu/
lamus atq; requirimus q̄ ponatur in ma/
nibus concilij; conſtanter affirmo ſalua cu
iuſcunq; reuerentia et honore/ q̄ aliter pri
die multa dicebantur q̄ꝫ habeat in ſe verū
pceſſus: qualem autenticatum ſperamus
in breui recipere. Proinde quo ad proceſ/
ſus alios hic habitos/ intendimus dū po/
ſtulatos iudices habuerimus/ copiam pe/
tere/ ac deinde procedere. et cauſam inſtru/
ere p parte chriſtianiſſimi regis/ prout ra/
tionis ordo poſtulabit/ ꝛ cū oīm debita ce/
leritate. q: procraſtinatōnes nō querimus
ſed quod iuſtū eſt querimus iuſte fieri/. q̄d
iuſtuꝫ eſt inquit lex iuſte exequeris Credi/
te q̄ talis obinde fuit ad deum deprecatio
premiſſa. Deus iudiciū tuum regi da. Ue
rum ſubmiſimus ex perſona regis eiuſdeꝫ
Feci iudicium ꝛ iuſticiam/ non tradas me
calumniantibus me. Illis itidem addidi/
mus. Redime me a calumnijs hominum/
vt cuſtodiam mandata tua. Superſūt
itaq; plurimi ſecundaꝫ fouentes calumni/
am/ vt interim de prima ſileamus/ cuius i/
pugnatio litteris iſtis inſeritur. Hec eſt ca
lumnia ſicut audiuit cetus iſte ſanctiſſim⁹
q̄ propoſitionem defendentem Ma. Io.
parui/ et aſſertiones nouem excerptas ab
ipſa/ rex idem chriſtianiſſimus nō recte dā
nari p ordinarios iudices fidei fecit/ pmi/
ſit vel approbauit. Que quidem propoſi/
tio iuſtificare nititur morteꝫ fratris ſui iu
bente domino duce burgundie per alios i
flictam Qua ſuper re conqueritur ipſe rex
in his patentibus litteris. Teſtor attamē
deum in primis/ me non leto ea ſed meſto
ore recitaturū que continent/ niſi q̄ ita fie/
ri defenſio cauſe regis. imo catholice veri/
tatis et fidei nunc impellit. Proteſtor igit'
q̄ non ad iniuriam cuiuſcūq;/ non in cau/
ſam criminalem vel perſonalem recenſebo
vnam preſentium litterarum particulam/:
qua ſic habetur ex perſona regis/ ſubinde
inquit. Quid iniuſtius iuſtificatione cri/
minis? ꝛ talis criminis/ in quo quid laude
mus quid remuneremus perpendite. Nū/
quid auctoreꝫ laudabimus, ſed in eo defu/
it iudicialis autoritas: et regiam noſtram
ſpernens/ inualidamq; predicans/ et enor
miter ledens/ vſurpauit: tot abutens bene

ficijs/tot neceſſitudinibus/ quibus maieſtati noſtre etiam ipſo iactante tenetur obnoxius. Nunquid miniſtros laudabimus? Sed eorum impietate proditione vecordia crudelitate ſeuicia cupiditate nihil execrabilius fedius terrius excogitari poteſt. Nunquid facti modum laudabimus? Sed hic per premeditatas diu inſidias/per cõfederationem plurium/ per ſimulationes blandas/ per mille amiciciarum ſigna fallacia/ ad ſubitum fraterni regijq̄ ſanguinis exitium/ tanq̄ de beſtia proceſſum eſt: et hoc hora tenebrarum/ et in tali ciuitate/ vbi ſecuritas/plebeis etiam et aduenis eſſe debuerat. Nunquid operis rationem et cauſas laudabimus? At nihil ibi probabile prius/nihil poſterius inductum eſt pro teſtimonio: ꝙ tali notorie conſtet qualeȝ ſm leges diuinas et ciuiles eſſe neceſſe eſt: vbi viliſſimus etiam homo rite vita priuatur. Qualis nempe lex non premonitum/non auditum/non conuictum/ morte damnauerit ſicut ait nicodemus: ſicut et a feſto notatum eſt. Nunquid tandem facinoris huius euentum laudabimus/ et remuneratione dotabim⁹? Sed ob inde florentiſſimuȝ iſtud pridem regnum noſtrum/iam per ſeptennium tot calamitatibus infandis attritum eſt/ tm̃ in eo ſanguinis humani fuſum fuit/ vt eſtimationem omnem effugiat. Hic plane eſt verus caſus/patres eq̄ſſimi atq̄ ſapientiſſimi/hic eſt caſus cũ acuto/breuis ſed valide reprobatõis/ telo poſitus autentice. Quo cognito quid adhuc egemus teſtibus: quid ambagibus verborum: quid circũitionibus friuolis euaſionum fruſtra niti neceſſe eſt. vbi morte hãc comitate ſunt leſa maieſtas regia. aſſiſinorum crudelitas impia. iuramentoruȝ violatio fallax et blanda. legum omnium diuine naturalis et humane preuaricatio notoria. deniq̄ regni totius infanda calamitas et feda. Nihilominus o mores. o tempora: ſunt etiam in hoc ſacro concilio/qui tales circũſtantiarum notas vel non aduertentes/vel neſcientes/ vel diſſimulãtes (negari quippe non poſſunt) calumnias ſtruere non ceſſant aduerſus damnationem reprobiſſime iuſtificationis huius latam.

Prima calumnia. Calumniant̃ aliꝗ primo dicentes aſſertiones iſtas aſſertore caruiſſe: nec ex conſequenti veniũt iudicio fidei reprobande. Sed reſpondem⁹ primo/ ꝙ in erroruȝ damnatione nõ oportet aſſertorem dari: vbi notorium eſt et patens ſcandalum ex doctrina tali. Et vtinã nec haberẽt nec habuiſſent huiuſmodi aſſertiones aſſertoreȝ: ſed habuiſſe proceſſus indicat/ et nunc plurimos habere in hoc ſacro concilio aduerſam non pudet partem gloriari. A qua factum eſt vt a loco hoc ſãcto et celebri/ vnde veritatis elucidatio ſperabatur inde proh dolor falſitatis tenebre depreſſiores per populum chriſtianum reſperſe ſint. Dedit occaſionem decretũ publicationis votorum ſeu deliberationũ/ priuſq̄ examinarentur inter magiſtros/ et conferrentur ad inuicem cauſe/ rationeſq̄ dicendi. Quibus aſpectis et libratis/ pars aduerſa nihil probabilitatis/ nihil ſolidi fundamenti. nullum deniq̄ robur auctoritatis comperta fuiſſet habuiſſe. Et hoc perſpicue videbitur domino propicio: ſed egre ferimus ꝙ nõ citius atq̄ prius.

Secunda calumnia. Calumniantur aliꝗ ſecundo ꝙ aſſertiones iſte ſunt infideliter et perperam/ prefato magiſtro Johanni parui per emulos attribute. Monſtrant hec litere regis contrarium. quod monſtrabitur in proceſſu: ex ipſa propoſitionis inſpectõne liquefit quam hic examinãdam et damnandam iudicialiter offerimus. Hec illa eſt vel ſimilis/ quam in camera ſua ſe preſente partim pronunciauit: partim pronũciari fecit/ multis tranſcribentibus idem Johannes parui: que et poſtmodum per exemplaria multa venditioni publice fuit expoſita. Veritas eſt nec negamus/ ꝙ de cõcluſione finali propoſitionis iſtius ſceleratiſſime. que concluſio eſt domini ducis Burgundie/ ſicut aſſeruit ſepe et loquitur ſingulariter de ipſo ꝙ in nullo culpari debet dum fecit interfici ducem Aurelianen: ſumpte ſunt quinq̄ ſex ſeptem aſſertiones non prorſus dolo malo vel ad veritatis immutationẽ: ſed vt honor ipſius ducis burgundie quantũ fieri potuerat/ celando nomen eius ſeruaretur. Quale ẽ igitur ea que in obſequium facta ſunt/ in maleficium retorquere? Porro non ſecus euenit in hoc concilio, dum aſſertiones abſq̄ aſſerentis nomine nunciate ſunt/ quod verſum vidimus in grande preiudicium cauſe fidei et catholice veritatis: quia non ita potuit in

telligentia dictorum ex cauſis aſſumi dicē-
Z di. Tertia calumnia. Sequitur alio-
rum calumnia tertia idem dicentiū quod
priores: ſed ex alio capite. Contendūt eni
magiſtrum Johannem parui veritates o-
cto pro ſua maiore poſuiſſe: que ab ipis aſ
ſertionibus plurimum ſunt diſſimiles. At
uero calumnia talis non releuat in aliquo
ſed aggrauat: et gladio proprio facientem
iugulat. Primo quoniam pretenſe verita-
tes iſte quedam reperiuntur in fide et mo-
ribꝫ erronee/ vt tertia quarta ſexta ⁊ ſeptia:
Alie/ vel falſe/ vel iniurioſe/ ſcandaloſe et
piarum aurium offenſiue: immo et ſacrilege
ſi examinatio debita fiat. Fatemur proin-
de aſſertiones iſtas nouem non eſſe totali
ter extractas ex pretenſis octo veritatibus:
quia ex concluſione principali tres vt pre
mittitur ſumpte ſunt: reliquas vero cū plu
ribus alijs continent articuli quatuor hac
illac ſparſim inducti pro maiore cum ſuis
probationibus. Quis preterea neſcit po-
tuiſſe propoſitiones plures et varias/ ſcri-
ptas fuiſſe pro eadem concluſione inſtifi-
canda: immo et ſic actum eſſe bis aut ter for-
ſitan inuenietur teſtimonio fide digno.
Fuit autem vna variationis occaſio/ pro-
poſitio facta pariſius in caſtro lupare pro
parte domine tūc duciſſe Aurelian. ad im-
pugnationem prefate propoſitionis Jo-
han. parui. Ita ꝙ non eſt verum ſalua pa-
ce dicentis/ ꝙ illa ſua propoſitio non fue-
rit ipſo viuente quomodolibet impugna-
ta. Cur autem non damnata iudicialiter
fuerit/ plurima dici poſſent: ſed amica bre-
uitas et loquendi ſobrietas non patitur.
Notum eſt illud ciceronis. Inter arma ſi-
lent leges: qui audit intelligat. Deniqꝫ
hanc cum prioribus calumniam/ vnū ver
bum diſſoluit: quia nihil actum eſt/ nihil
proceſſum iudicialiter contra perſonā ali-
quam. ſed dūtaxat contra quaternum iſtū
et alios ſimilis tenoris: damnando doctri
nam in eis peſtiferam/ cum aſſertionibus
iſtis nouem/ et alijs illic poſitis. quiſquis
auctor vel non auctor extiterit. Quarta
calumnia. Sequitur aliorum calum-
nia quarta. Veritatem inquiunt habent
aſſertiones iſte ſpecialiter prima principa
lis: et hoc in caſu diuine reuelationis. Sꝫ
facilis eſt reſponſio/ dicere/ doce me de re-
uelatione. Nam abſurdum et blaſphemie
proximum eſt detorquere diuinam reuela
tionem paſſim in caſibus aſſertionis illi-
us Bullas e celis ſuper hoc non recepimꝰ:
ſed in oppoſitum ſcripturas de celis habe
mus autenticas. Quinta calumnia.
Veniamus ad alteram calumniam q̄n
tam. Aſſertiones iſte/ dicunt multi/ vere
ſunt in caſu ineuitabilis neceſſitatis. Hic
eſt principalis locus refugij partis aduer-
ſe: delitefcunt in hoc antro ſubdole ⁊ ober-
rantes ratiocinationum vulpecule. Do-
cuit hoc lectura quaternorum et allegatio
num/ fulcire conantium partem iſtam. In
loco hoc publice ſeſſionis conuincuntur: V
et hoc per inſpectionem omnium fere ſce-
dularum/ ratiocinantium pro verificatio-
ne huiuſmodi aſſertionum. At uero cre
dite patres orthodoxi/ defecerunt ſcrutan-
tes ſcrutinio: et meditati ſunt inania. Re-
petemus hic pauca pro plurimis: que ad-
uerſus calumniam iſtam et allegata et ſcri
pta ſunt. Sunt nimirum aſſertiones iſte
preter octauam vniuerſaliter poſite: neqꝫ
ad caſum ineuitabilis neceſſitatis coarta-
te. immo potius excluſe: quo caſu etiam in
euitabilis neceſſitatis/ negaremus eas ex
forma loquendi veras eſſe: ꝙ ſcilicet meri-
torium eſſet nedum occidere/ ſed occidi fa
cere per inſidias et villane ſine diffama-
tione ⁊c̄. Omiſſa vero contentione ſu-
per hoc. conſtat vt prediximus aſſertiones
iſtas octo ſumendas eſſe pro vniuerſalibꝫ
ex quadruplici radice. Primo ex vſu com
muni et vulgaris acceptionis: Secundo
ex forma ſue locutionis: Tertio ex modo
ſyllogiſtice applicationis: Et quarto ex
teologicis ſermonibus ac moralibus regu
lis/ in quibus indefinita pro vniuerſali ſo
let poni. Declamationes omittere faſtidij
timor cogit. Nam in prima multiplex di-
ſtributionis ſignum ponitur dum ait: li-
citū eſt vnicuiqꝫ ſubdito ⁊c̄. Sed et quar
ta palam eſt vniuerſalis dicens: ꝙ quili-
bet tyrannus debet interfici per inſidias
⁊c̄. Porro quid dicemus de nona que ſic
habet. In caſu ſocialitatis/ iuramenti pro
miſſionis/ ſeu confederationis factarum
ab vno milite ad alterum quocunqꝫ mo-
do id fiat aut fieri poſſit. Si contingat ꝙ
iſtud vertatur in preiudicium vnius pro-
mittentium/ aut confederatorū/ ſponſe ſue
aut ſuorum liberorum. ipſe de nullo tenet

eas obſeruare. Pro quid vniuerſalius/ac proinde quid abſurdius/quid falſiꝰ/quid dementius dici poteſt? Sed non minus inepta eſt defenſio qua dicunt aliqui/iſtaꝫ ideo veram eſſe/quia preiudiciũ capitᷣ tantũmodo pro preiudicio anime qđ eſt peccatum mortale vel veniale. Atuero forma propoſitionis vulpeculā hanc interimit⁊ quoniā homo non iurat in preiudiciũ anime vxoris ſue vel liberorũ. Confutatur et ex cōmuni modo loquendi apud vulgus/apud iuriſtas ⁊ iudices. Unde et papias dicit preiudiciũ eſſe impedimentũ in cauſa. Rurſus eque turpis et friuola eſt fuga/dicendo ꝙ preiudicium analogice dicitur de preiudicio ſpirituali ⁊ temporali. Poſtremo etiam vbi preiudiciũ concederetur non poſſe dici niſi de preiudicio anime/quod eſſet contra ius? Uerũtamen homo pro conſeruatione iuramenti deberet huiuſmodi preiudicium non quidem facere/ſed ab alio factum pati/pro conſeruatione iuramenti. Patet in iuramentis per metũ extortis. Quanta eſt igitᷣ o ſalutifer chriſte/ſcandali materia aduerſus hoc concilium/⁊ conſtituentes ipſum/bonos et graues literatiſſimos ⁊ peritiſſimos vtroqꝫ iure:ꝙ iam per vndecim menſes vel eo circa ventilari viſa eſt hec doctrina tam patenter hereticalis/imo et ſacrilega/tanquā de propoſitōne dubitabili/vel opinabili/aut forſitan vera que ſecularibus illiteratis nedum chriſtianis/ſed ⁊ iudeis/paganis/et barbaris debet eſſe notiſſima prout in his patentibus literis rex perorauit. Haberet hoc loco paruitas mea iuſtiſſimam inuehendi cauſam aduerſus famoſos quoſdam libellos/innitentes ſuper hoc caſu ineuitabilis neceſſitatis. qui traditi ſunt per primum ex iudicibus in iudicio. et protinus data copia eſt habere volentibus. In quibus quot atroces iniurie dicantur aduerſus hoc concilium ſuper cōdemnatione errorum/aduerſus xpianiſſimum regeꝫ francorum/⁊ enormiter ſupra modum aduerſus prefulgidũ illud iubar eccleſie pariſieñ vniuerſitatem. demũ contra perſonas diuerſe dignitatis ⁊ gradus. recogitare nedum legere prorſus horror eſt. Quibus tamen addita eſt hec iniuria/ꝙ reſpondendi locus negatus eſt vel nō datᷣ. Illic auctor inter cetera cadit in foueam quā fecit: dum damnat ⁊ irridet ignorantiaꝫ logice apud illum qui ꝯſequentiā iſtam facit. Contradictoria iſtius licitũ eſt vnicuiqꝫ ⁊c. eſt vera/ergo ipa falſa/per legem cōtradictoriaꝝ qua nulla melior eſt cōſequētia. Nulla vo fallacior illa quā ipe facit et aduerſo ſaltem implicite/dum arguit ſic. Uerũ eſt in aliq̄ caſu poſſibili/vtputa ineuitabilis neceſſitatis/ꝙ licet occidere tyrannũ. ergo licitũ eſt vnicuiqꝫ ⁊c. Nam oppoſitum cōſequētis ſtat cum antecedente/in caſibus pluribus centũ vel mille. Sed hec interim modeſtie ⁊ breuitatis zelus p̄tereat.

Sexta calũnia. Ueniamus ad ſextam calũniā dicentiũ ꝙ aſſertiones iſte ſunt ſatis exponibiles ad aliquē ſenſum verũ. Reſpondemus negatiue. ſi iuxta regulam hilarij p̄allegatam/⁊ in ſcedula fratrũ mendicantiũ poſitaꝫ perſpicue pro noſtro ꝓpoſito/intelligentia dictorũ ex cauſis aſſumatur dicendi. ꝯbinando ſcꝫ concluſionē cum p̄miſſis et premiſſas cum probationibꝫ ad inuicē. Ceterũ etſi verum eſſet id quod allegatur de exponibilitate ad aliquē ſenſum verũ. nihilominus propter caſus longe plures falſiſſimos ⁊ notorie ſcandaloſos/redderētur cōdemnāde. vt al's in quodaꝫ ſermone ⁊ in ſcedulis que legentur deductum eſt.

Septima calũnia. Reſpondemus alteri calũnie. que a veritate vacua per numeroſitatem conatur euincere. dicens aſſertiōnes iſtas plures habere defenſores q̄ oppugnatores. ſunt idcirco vere vel ſaltē opinabiles. O fallaciſſima ⁊ hereticis atqꝫ erroribus fauēs calũnia. Non inſequeris inquit lex multitudinē ad faciendũ malum. Quare? quia ſtultorũ ⁊ etiaꝫ maloꝝ infinitus eſt numerus. Nihilominꝰ ſi ad numerũ ⁊ meritũ placeat attendere/nō dubitamus multo plures/atqꝫ grauioris auctoritatis nos habere tā in hoc ſacro concilio/q̄ alibi. attento ꝙ plures magiſtri p̄ſertim ſeculares/nondũ dederunt deliberationes ſuas vt intelleximus. ſicut illi de inclyta natione anglicana/prout fertur. quos tamen vidimus ſtrennuos ⁊ induſtrios pugiles aduerſus hereticaꝫ prauitatem abſqꝫ vlla acceptione perſonarum/vel patrie/etiam proprie. Attento preterea modo deliberandi/quem fecerunt fratres mendicantes de quatuor ordinibus? qui ſunt illi facientes hunc numerum. Putamus enim non eſſe cum eis duos magiſtros in theologia ſeculares/vel ſi veniant ad ternariũ totum eſt

Attento rurſus/ multas eſſe cauſas extrin
ſecas/que mouerūt aut mouiſſe preſumū;
tur/ p̄dictos fratres ad ita deliberandū in
modum cuiuſdam conuēticuli/ne dicam⁹
conſpirationis:qualis ſit ipſorum habitu
do ad vniuerſitatē pariſieñ.plures norūt.
Sed hoc reſerare dimittentes offendiculi
formidine.dicimus ad excuſationē multo
rum/ꝙ informatione plenaria caruerunt ꝛ
in iure ꝛ in facto ex quo ius oritur. Quid
igitur mirandum ſi ad pauca aſpicientes/
de facili enūciauerunt: quibus ſi collatio;
ni mutue maiorum ad inuicem ꝛ cum eis
intereſſe datum fuiſſet.queadmodum tan
ta ꝛ tam diuturna quantū eſt inſtantia a
dominis cōmiſſarijs in cauſis fidei:exiſti;
mare non poſſumus quin mutaſſent vota
ſua. Rurſus attendendū eſt/ ꝙ materia
preſens non eſt ſic appropriata theologis
quin conueniat dn̄is canoniſtis ꝛ legiſtis:
apud quos materia preceptorū decalogi
propter applicationem eorum faciendam
ad iudicia/particularius ꝛ exquiſitius enu
cleata eſt/ꝙ̄ apud theologos. Quales plu;
rimi ſunt qui canones iura ꝛ leges etſi ſpe
culatiue ſtuduerunt:ad praxim tamen ope
ris iudicialis nequaquā traduxerūt. Erūt
igitur tales/imo ꝛ layci prudentes ꝛ boni
iudicij.magiſtri inſuper moralibus erudi
ti/ſuper eorum deliberatione quid ſentiāt
consulendi. Octaua calumnia. Sub;
y iungamus pro calumnia octaua eorū qui
dicunt ꝙ aſſertiones iſte/ideo quia repro;
bate ac damnate ſunt pariſius/ꝛ hic repro
bari querūtur.pepererunt infinita ſcandala
et parient/etiam vſqꝫ ad totalem deſtructō
nem cōmunitatis. Fatemur cum xpianiſ;
ſimo rege ac vniuerſitate pariſieñ. ſicut et
experientia prochdolor nimis edocuit/ ꝙ
aſſertiones iſte ꝛ propoſitio continens ea/
dederunt infinita ſcandala: ſed ꝙ ex repro
batione ꝛ damnatione ſua/ſcandalum tā
multiplex datū ſit/vel negamus omnino:
vel dicimus ꝙ ſcandaliſari per huiuſmo;
di cōdemnationes/ nedum non habuerūt
cauſam rationabilem ſcandali: ſed ex hoc
reddunt ſe ac de ſcandalo in fide/ et de bo;
nis moribus/immo ꝛ de pertinacia multi
pliciter ac vehementer ſuſpectos. Videāt
igitur qui retorquent iniurias que cōtige;
runt ꝛ calamitates.ad reprobationē hui⁹
peſtifere doctrine/ne dum alios inculpare
ſatagunt aſſentientes damnationi: ipſi aſ;
ſentientes incidant in foueam ꝛ laqueum
inextricabilem non ſolū heretice prauita;
tis/ꝛ fautorie/homicidiorū/periuriorum/
ac inſidiarū/ac ſeditionū ſine numero: ſed
in ptinacis obſtinationis damnabilem/ ꝛ
vix egreſſibilē laborintum ſe detrudant: ac
detruſos manifeſtent. Neqꝫ enī certior ē er
rantiū ptinacia:ꝙ̄ ſi ob veritatis publica;
tionem/vel damnationem erroris notorij.
guerras moueat quis/ ſeditiones et bella:
aut mouentib⁹ pinde faueat atqꝫ conſenti
at: ſed in his pro nūc inſiſtere nō eſt noſtrū.
Nona calumnia. Supadditᷣ nona calū
nia dicentiū aſſertiones iſtas ſpectare non
ad iudiciū fidei/ſed ad cauſam ſanguinis:
et quia cōcernunt p̄cepta decalogi: que id;
circo ad fidem nō ptinent/quia continent
euidentiā in lumine naturali. Cōcedam⁹
in primis ꝙ homicidiū in ſe cōſideratum
ſpectat ad cauſam ſanguinis criminalem.
Sed homicidij iuſtificatio/p̄ſertim ꝑ ius
diuinū atqꝫ canonicū/ tanqꝫ illud ſit licitū
laudabile ꝛ meritoriū: pertinet vtiqꝫ ad iu
dicium ꝛ iudices fidei. Eſt enī longe aliud
loqui de homicidio/aliud de homicidij iu
ſtificatione: ſicut aliud eſt furtū: aliud eſt
furti approbatio. Porro dum addit hec ca
lūnia p̄cepta decalogi nō eſſe de fide etiam
proprie dicta. fallit ꝛ fallitᷣ: ſicut alibi pſpi
cua ꝛ irrefragabili ratione monſtratū eſt.
Edocuit hoc tituli formatio obinde puē;
niens vt fertur: dum queſitū eſt vtrum he
nouem aſſertiones ſint fidei iudicio repro
bande: ſed hoc fieri pcurans incidit in fo;
ueam quā fecit. Decima calūnia. Sub z
infertur tandē vltima pro nūc calūnia que
me pariter cum rege querit inuoluere/tan
qꝫ aliquid execrabile cōmiſerim. Ecce in;
quiūt/iſte xpianiſſimū regē exponit diſcri
mini turpis note erroris.vel hereſis.in cau
ſa quā nō voluit nec vult aſſumere. Hic
rn̄deo primo.ꝙ neqꝫ regem neqꝫ prudētiſ;
ſimū conſiliū ſuū totū/ neqꝫ vniuerſitates
neqꝫ p̄latos/neqꝫ clerū ſui regni/ita in ma;
nu mea teneo.ꝙ eos ſufficiā vel debeā phi
bere a defenſione cauſe fidei/neqꝫ certe vo
lo. Ob hoc enī rex dicitᷣ xpianiſſim⁹. velut
anthonomatice: quia fidē ptegit ꝛ defen;
dit. Dico ſcd̄o/ꝙ antequā rex veniret hic
in cauſam.aſſumpſi mihi cauſam ipā mo
do quo decebat theologum: a quo modo
neqꝫ diſceſſi/ neqꝫ diſcedo / neqꝫ diſcedam
deo mihi propicio: ſicut reperiri debet in

actis me ita reſpondiſſe. Erat modus ꝓce
dendi ꝑ denũciationẽ euangelicaꝫ/contra
doctrinã erroneã in fide ⁊ moꝛibꝫ ac multi
pliciter ſcandaloſam. Dico tertio ꝙ duꝫ
ſenſi cõmiſſarios in cauſis fidei aliter intẽ
dere: qꝛ citabant me vt irem diuionẽ. ⁊ tu/
tius mihi foꝛte fuiſſet ire in babyloneꝫ/: qꝛ
inſuꝑ nihil intendebã ꝓcedere contra per/
ſonam qualẽcunqꝫ/ nec per ſtrepitum ⁊ fi/
guram iudicij/: interrogatus ſi facerẽ meaꝫ
partẽ. reſpondi ꝙ hmõi denũciationẽ con
tra ꝑſonã neqꝫ feceram neqꝫ faciebam: ⁊ re/
tribuat deus in bonũ illis/qui contra ſata
gentes oppoſitum. quibus ignoſcat deus/
meã innocentiã ⁊ ſimplicitatẽ reuelauerũt
Hoc memoꝛi grataqꝫ mente retineo. Di
co quarto ꝙ ſi materia ſtetiſſet in puris ter
minis theologicis/tractando eã ſtilo theo
logico qualis ꝑdeſcriptus eſt/ita ꝙ de intꝰ/
eſſe ꝑſonali cuiuſcũqꝫ ꝑſone nequaqꝫ fuiſ/
ſet actũ/nõ opus fuiſſet introducere regis
autoꝛitatẽ. Nunc aũt dum res tractata eſt
⁊ tractaꝛ per aduocatos ⁊ ꝓcuratoꝛes/⁊ no
tarios/⁊ per ſtrepitũ ⁊ figurã iudicij/: ſenſit
aduerſa pars/credite ſenſimus ⁊ nos/: ꝙ di
uitibus ⁊ diuitijs opus erat. Et ecce lr̃as
inſtructionis miſſas per partem aduerſaꝫ
ex hoc loco in burgundiã/que ſatis hoc in
dicant: ſed eas ꝓpalare iuſſio ſacri huiꝰ con
cilij cum ꝓpoſiti modeſtia/nõ ꝑmittit. Dic
vero iuridicus procedẽdi modus/ qualis
ꝑdictus eſt/multos exterruit/: ne manife/
ſtas hereſes hic dogmatiſatas ⁊ notoꝛie ꝑ
dicatas/vellent vel auderent denũciare iu/
dicibus. Quis aũt ſit ſtilus ĩ hac fidei ma/
teria practicandi ſcedula poſterius legẽda
docebit. Concludẽdo tandẽ ⁊ ꝯſtanter
affirmo/me firmiter credere ⁊ nullatenꝰ du
bitare/ꝙ hec doctrina ꝓpoſitionis defendẽ
tis magiſtrũ Jo. ꝑui cum ſuis aſſertionibꝫ
ſicut inuenta ⁊ in iſto codice continetꝛ/ẽ er/
ronea in fide ⁊ moꝛibꝫ/ ac multipliciter ſcã
daloſa. Et ſi fuerit aliquis/vel aliqui/quã
tũcunqꝫ multiplices/ volẽtes xpianiſſimũ
regem calũniari/ꝙ nõ fecerit in hac ꝑte iu/
diciũ ⁊ iuſticiã/credendo ⁊ credi mandan/
do ſicut modo dicimꝰ/⁊ ſicut oꝑatus ẽ/: ego
nedũ nomine regis xpianiſſimi/ſed etiam
pꝛopꝛio nomine cõſtituo me partẽ defen/
dentem ad penam talionis/pꝛo me ⁊ mihi
adherere volentibus in hac parte/: ⁊ coꝛam
hoc ſacroſancto et vniuerſali concilio/ dei
nutu congregato. Dico partem defenden/
tem. attendite: quia ꝑtem accuſantẽ contra
ꝑſonã aliquã neqꝫ feci/ neqꝫ facere pꝛo nũc
niſi quid aliud vꝛgeat/diſpoſui. Non eni
mihi colluctatio eſt aduerſus carnẽ ⁊ ſan/
guinem: ſed aduerſus pꝛincipes tenebraꝝ
harũ ⁊c. Faciat igitꝛ ſimiliter ꝑs aduerſa:
ponat ꝑſonam ꝓpꝛiam in querela dñi ſui/:
imo certe ꝯſilio meo nõ faciat: aut ſi fecerit
cõquieſcat. Abſit a me vt gaudeã ſuꝑ iniq
tate/: ⁊ nõ congaudeã veritati. Sed ecce
patres oꝛthodoxi/deo iure amabiles/dum
inter loquenduꝫ retoꝛqueo mentis oculos
ad ꝑaſſumptũ thema quo diximus: Deus
iudiciũ tuũ regi da: rapioꝛ quodãmodo de
viuis ad moꝛtuos: dum id qđ ſubditur in
tueoꝛ/⁊ iuſticiã tuã filio regis. Et aĩaduer/
tite pꝛecoꝛ interim pr̃es benigniſſimi/viri
mĩe quoꝝ iuſticie obliuionẽ nõ acceperũt:
Aduertite nũc pauliſꝑ ad me auribus vr̃e
carnis ⁊ oculis. atqꝫ ſpũalibꝫ oculis ⁊ auri
bus: quid filius regis ⁊ frater iſtius. ludo/
wicus inclyte memoꝛie dux olim aurelianẽ
mãſuetiſſimus/⁊ benignus/ ꝑelegantis foꝛ
me. ꝑſpicaciſſime ſagacitatis. eloquẽtie ſin
gularis ⁊ pene incompabilis. quid inquaꝫ
nunc ipſe/ imo quid ſanguis ſuus clamet
ad hoc ſacrum conciliũ: miſericoꝛdi pieta/
te penſate/cõpatiẽtes eſtote ex innata tene
ritudine miſerationis coꝛdialis: reuoluen
tes vobiſcum intra mĩe viſcera/quo clamo
re/quo gemitu/quo plangoꝛe/ querat mo/
do iuſticiã. Nõ equidẽ ſicut exiſtimo tãtũ
dem ꝓ ipſa moꝛte nature. qꝛ ſcit ꝙ moꝛtuꝰ ẽ
qñqꝫ moꝛiturus: q̃ſtũ ꝓ tali moꝛtis mo/
do cõqueritꝛ: quãtum ꝑ ſterea pꝛo crudeliſſi
me necis ſue iuſtificatione que eſt infamie
moꝛs altera: moꝛs cõtinua: moꝛs indigna:
neqꝫ minus fugibilis qꝫ ſit ipſa moꝛs natu
re. Hec ſiquidem infamie moꝛs ciuilis/ne
dum viuentes interimit. ſed deſeuit ĩ moꝛ/
tuos: non vnũ vel duos interficit ſed poſte
ritatem totã. totũ genus ⁊ affines diro la/
cerat ignominie telo: hos tres pꝛecipue fi/
lios illuſtres ac ingenuos ſuꝑſtites: quoꝝ
vnus obſes. alter captiuus detinetur in an
glia: non vt pꝛoditoꝛes quidẽ. ſed vt regis
ac regni fideliſſimi defenſoꝛes. O ſi datũ
eſſet his liberis/pupillis oꝛphanis et ca/
ptiuis/aſtare coꝛam reuerendiſſimo ac ce/
leberrimo cetu pꝛeſenti. ſi fas alloqui: plus
planctibus. plus ſuſpirijs. plus ſingulti/
bus. lachꝛymis et gemitibus. quaꝫ oꝛe vel
vocibus clamarent. Date patri: Date

nobis iuſticiā. O ſi pcūbentes eos ꝛ aduo
lutos veſtris ſanctis pedibꝫ cernerēt hi mi
ſericordes oculi veſtri: concipite quibꝫ ia-
culis intime cōpaſſionis vulnerarent̄ piiſ-
ſima corda veſtra: quia neqꝫ verbis extraꝑ
ferre. neqꝫ intra me pro rei magnitudine cō
prehēdere ſufficio/ quod cupio: ꝑficite qđ
nequeo. Ceterū nūquid non obſecro ſuffi
cere debuerat/ patres ſapientiſſimi atqꝫ mi-
ſericordiſſimi/ nature mortē immaturā ta-
liter inflixiſſe patri: Tollat̄ ergo mors alte
ra/ quā ſacrilega impietate crudeliter infer
re ac renouare nō ceſſat tam patri mortuo/
qꝫ ſuperſtiti generoſiſſime ꝓli ſue/ libellus
hic vere famoſiſſimꝰ/ vt rex ſcribit: vere he-
reticalis. ſcādaloſus. humani federis emu
lus. catholice cōdemnatꝰ. ſceleratiſſimꝰ. vi
pereus. legis decalogi impugnatiuꝰ: quin
etiam miſeramini pereuntiū animarū/ pa
tres ac dñi miſericordes. illorum videlicet
nullū loquendo/ qui damnabiliter. ita pro
fecto eſt. damnabiliter/ in perniciē ꝓprie ſa
lutis ꝛ aliene/ libellū hunc letiferū pertina
ci animoſitate defendūt/ ꝛ ſeruare conten-
dunt ne pereat. Et ego nunc in ſpiritu le
nitatis in ſpiritu ſacri concilij ꝑſentis/ qui
eſt ſpiritus pacis ꝛ cōcordie. ſpiritus cari-
tatis que benigna eſt. que nec inflatur/ nec
irritatur. cōuerto vocē meā ad vos/ reuerē-
de pater ac dñe/ dñe Attrabatenſis: cum quo
vixi olim familiariter ꝛ benigne. Ad vos
ſimiliter magiſter petre/ vicedñi Remēſis
cōpatriota chariſſime/ quos ego diligo in
veritate/ dilexi/ ꝛ diligam dño ꝓpicio. Naꝫ
qui nō diligit manet in morte; optabilius
autē eſſet ꝑdere vitā carnis: qꝫ in tali viue-
re morte mentis. Interrogo vos nunc ali-
qua. Rñdete ꝑcor: īmo tacentibꝫ vobis rñ-
debo ipe pro vobis. Nōne diligitis ſalutē
tꝑalem ſimul ꝛ ſpūalem illuſtriſſimi prin-
cipis dñi ducis Burgūdie: Diligitis ſcio
Non diligitis ſecuritatē inclyte poſterita-
tis ſue in dominijs hereditādis: Diligitis
ſcio. Nūquid ꝑterea nō aīaduertitis vero
iudicio rōnis mortē quaꝫ loqͥmur/ prauo
cōſilio ꝑpetratā: qualē ꝛ qualiter nunqꝫ pr̄
prudētiſſimus recolende memorie philip-
pus attentaſſet. Puto ꝙ ſic aīaduertitis:
neqꝫ ſi affuiſſetis (eratis enī tunc in italia)
dediſſetis tale conſiliū: de quali dū aliquā
do viuēte patre ꝑfato/ fuiſſet aliquis ſmo
habitus ꝑ nōnullos/ ꝯtinuo camerā exiēs
et medicū ſuū inueniēs/ meſtus ac turbidꝰ
clamauit. Beatus vir qui nō abijt in con-
ſilio impiorꝫ. Deniqꝫ cognitū eſt/ ꝙ mortē
hanc mox vt patefacta ē ꝛ annotata/ ſic ipſe
dñs dux pñs exhorruit/ deteſtatuſqꝫ eſt. vt
diceret dñis de regio ſanguine. Diabolus
inquit mihi ꝑſuaſit. Et ſi mors iniuſta fuit/
ſit iuſtificatio peior: ſit defenſio iuſtificatō
nis peſſima oñs eſt. Vincat igit̄ vos. non
ego ſed veritas. ſed ratio ſed pietas per ſa-
lutem animarū veſtrarū/ ꝛ per illā quā vos
expaueſcere ac refugere cōuenit penam er-
rantiū. per illā deniqꝫ ſeueritatē ſententie/
qua xpianiſſimus rex francorꝫ/ ſupremus
noſter dñs cois/ per lr̄as patētes ſuas/ cre-
dite dicenti/ his oculis vidi. his manibus
palpaui eas. damnat hunc libellū tanqꝫ in
iurioſum regie maieſtatis ſue: mandatqꝫ
plecti defendētes illū pena crimini tali de-
bita/ que qualis ſit nō latet vos ſcio: ꝛ hec
cohibeat tꝑalis pena/ ſi nō retrahere ſuffi-
cit canonica vel eterna. Tandē ego ipſe
reuertor ad vos patres orthodoxi/ ſuppli-
cans petens ꝛ obteſtans per deſiderium il
lud qđ habent reuerendiſſime ac deo ama-
biles paternitates veſtre ad ſalutē aīaꝝ ad
extirpationē errorū/ ꝛ correctionē errantiū:
ſiquid mouet illa Ezechielis imo dei per
ezech expaueſcenda horribilis tuba/ que ꝑ
euntiū in erroribꝫ ꝛ peccatis intonat ſāgui
nem a ſpeculatore mutuo requiri: tollatur
per iudicialē huius ſacroſancti cōcilij ſen
tentiam/ libellus iſte famoſiſſimus/ morti
fer/ ꝛ hereticalis/ ꝛ eradat̄ memoria eius a
populo xpiano. Ut quid etiaꝫ mēbranas
occupat: vt quid legentes ꝛ audientes ſua
cōtagione fedat inficit cōculcatqꝫ: Hoc
in receſſu ſuo queſiuit ſereniſſimus rex ro-
manorum. Supeſt ſcedula patens: cui ſi-
gillum ſuum impreſſum eſt. Et quid pari
ſius egerit/ fame vox inſonat. Hoc ipſum
petit. hoc ſuadet. hoc obteſtat̄ chriſtianiſſi
mus rex francorꝫ. Hoc preclariſſima pari-
ſienſis vniuerſitas/ ꝛ alij qꝫ plurimi. Hoc
nos poſtremo humiles ſui ambaſiatores
ſupplicibus votis exoramus: quatenus ī
hoc adiutores ſitis. dando regi iudicium/
et iuſticiā filio regis: ſequēdo veſtigia xpi/
qui ad hoc venit in mundum/ vt oues er-
rantes ad ſe reduceret. Sic itaque de
prius errantibus ſi non obdormiuerint.
ſi non in errore cepto ꝑtinaces qđ abſit/ ex
titerint: dicet̄ ex ſententia illud de epl'a dñice
currentis. Eratis aliqn̄ ſicut oues errātes:

ſed nūc ꝯuerſi eſtis ad paſtoꝛē ⁊ epm aīarū
veſtraꝝ. Ad hoc quippe tendit oꝛo ꝓpoſi-
ta vice thematis: deus iudiciū tuū regi da:
et iuſticiā tuā filio regis. Terminabimus ī
hoc primā pſentis actus ꝑtem: reliqua per
lecturā lraꝝ quarūdam ⁊ ſcedulaꝝ quātū
audire placuerit finietur. Finit ꝓpoſitio fa-
cta a dn̄o cancellario pariſienſi coꝛam con-
cilio generali conſtan̄. ex ꝑte regis francie.
Et tunc poſtmodū dictus cancellari⁹ pa-
riſien̄. Ac magiſtri Joꝛdanis moꝛini B.
puch. nepotis/ ⁊ p. de verſailles ambaſia-
toꝛes p̄fati xp̄ianiſſimi francoꝝ regis/ et
eius noīe ꝑduxerunt coꝛā toto concilio ge-
nerali. ⁊ in manib⁹ ꝓthonotarij Januen̄.
ſub cuſtodia concilij tradiderūt lrās. ⁊ alia
munimēta ſubſequētiū ꝯp̄hēſiua inſtru-
mentoꝝ ab omnib⁹ ꝓthonotarijs ⁊ nota-
rijs. dez ſup dictis datis ⁊ proteſtatis. Pri-
mo quēdam paruū ſexternū papireū con-
tinen̄ tres ꝑtes principales. In prima po-
nebant̄ ſex ꝯcluſiones theologice contra ꝑ-
poſitionē cuiuſdam Johis parui ⁊ doctri-
nam in eadem ꝯtentā/ ⁊ incipit Quia ex
patentib⁹ ⁊c̄. In ſc̄da erant octo regule ſu-
per ſtilo theologico tenēdo in ꝯdemnatio-
ne erroꝝ cum certis requiſitis: Et incipit:
ſuper omnia vincit veritas. In tertia erat
breuis ſcedula petitiua examinationis facien-
de/ de deliberatione quatuoꝛ oꝛdinū mēdi-
cantium ſup. ix. aſſertionib⁹ ⁊c̄. Et incipit
attendens xp̄ianiſſimus. Cuius quaterni
magna pars fuit tunc lecta ⁊ ſpecialiter re-
queſte. Item magnā lrām regis patentem
ſup ꝯdēnatione dicte ꝓpoſitionis M. Jo.
parui: ⁊ incipit Regia maieſtas noſtra.
Item quendā magnū quaternū papireū
ſignatū ſignis duoꝝ notarioꝝ ꝯtinentē ꝑ-
poſitionē magiſtri Johis parui. Item in-
ſtrumentum aduocationis dn̄i cancellarij
pariſienſis ſup ꝓpoſitione ꝑ eum ex parte
vniuerſitatis pariſien̄. al's facta coꝛam re-
ge francoꝝ. Item ſcedulā papireā ꝯtinen-
tem appellationē a iudicib⁹ fidei ſup pub-
licatione votoꝝ ⁊c̄. Item lrām patentem
vniuerſitatis pariſien̄. ſup approbatione
ſententiaꝝ dn̄i epi pariſien̄. Item quēdam
quaternū papireū in quo ꝯtinebat̄ delibe-
ratio fratrū de quatuoꝛ oꝛdinib⁹ mēdican-
tiū ſup nouē aſſertionib⁹. ¶ Finis.

¶ Sermo eiuſdē coꝛā ꝯmiſſarijs fidei. de er-
roꝛibus contra fidem ⁊ moꝛes circa p̄ce-
ptum/ nō occides

Eſtimo me beatū apud te O ſa- A
croſanctū Conſtan̄. concilium
O cetus celebris reuerendoꝛū
patrū ac ceteroꝝ dn̄oꝝ/ in om̄i
ſapientia ⁊ doctrina ac moꝝ honeſtate ful-
gentiū. Eſtimo inq̄ me beatū apud te/ cū
ſim me defenſurus hodie/ maxime te ſcien-
te oīa/ nedū que apud iudeos ſed xp̄ianos
ſunt ꝯſuetudīes ⁊ queſtiones ꝓpter qð ob-
ſecro vt patienter me audias. Vnde verbis
illis beatiſſim⁹ lucas cui⁹ hodie natalis in-
ſtat celebritas/ qui comes indiuiduus fuit
egregij doctoꝛis pauli/ lucas inq̄t eſt mecū
ſolus ⁊ alibi. Salutat vos lucas medic⁹ ca-
riſſimus. Cui⁹ verba oīa ſc̄m hiero. langu-
tis aīe ſunt medicina. Vnde cū paul⁹ fuiſ-
ſet a feſto traditus in vinculis agrippe re-
gi. Dixit idē rex ei/ ꝑmittit̄ tibi ratōez red-
dere ꝓ temetipo. Tūc paul⁹ extenta manu:
Eſtimo me beatū/ inq̄t/ apud te rex agrip-
pa cū ſim me defenſurus hodie/ maxime te
ſciente oīa q̄ apud iudeos ſunt cōſuetudi-
nes ⁊ queſtiones/ ꝓpt̄ qð obſecro vt patiēt̄
me audias. Sic ego de materia. ix. aſſer-
tionū reuerētiſſimis p̄rib⁹ ac ceteris dn̄is
ꝯmiſſarijs in cauſis fidei ꝑ me nūciaturū/
ex ipoꝝ nūc oꝛdinatōe rōem reddditurus.
Eſtimo me beatū/ ꝓpt̄ qð obſecro vnūquē-
q̄ vt patient̄ me audiat. Et in p̄mis q̄dē
donād⁹ eſt oꝛdo dicēdis/ ⁊ euitāda ꝯfuſio.
hn̄d⁹ ē inſup ſmo doctrinal' abſq̄ vlla cir-
cuitōe vl' apparatu v̄boꝝ/ q̄lis ē materie q̄
tractat̄ accōmod⁹. Deniq̄ remēoꝛāda ē nc̄
diſtictō: ne fallat nos equocatō q̄ diſtictōꝫ
memi me notaſſe dū p̄dictas. ix. aſſertōnes
cū ſuis repꝛobatōib⁹ nūciaui. Poſſum⁹
itaq̄ matiā hāc dupl'r ꝯſiderare. vno mō
pure theologice ⁊ abſolute ꝑ ꝯſideratōꝫ ad
ꝯfoꝛmitatē vl' defoꝛmitatē ſc̄dm leges diui-
nas traditas ī ſcriptā ſacra. Alio mō mag'
reſpectiue ⁊ ſc̄dm t̄mios iurꝭ poſitiui. in p̄-
mo tractat̄ ð inteſſe ipi⁹ fidei. in ſc̄do ð int̄-
eē pſonali. vel ita dicam⁹ poſſe nos vno mō
ꝯſiderare aſſertōes. vel alio mō ipos aſſer-
toꝛes aut repꝛobatoꝛes Primū hacten⁹ ob-
ſeruaui in om̄i iudicio raꝫ piſi⁹ quā in hoc
ſacro ꝯcilio. Recogitās primo ꝓfeſſiōeꝫ B
meā ⁊ officiū cācellariat⁹ piſi⁹ cui indign⁹
deſeruio/ q̄m piſi⁹ ſic tractant̄ vie fidei/ ꝑ ſa-
crā theologie facultatē dū deferūt̄ frequēt̄
a diuerſ mōi ꝑtib⁹ īmo ⁊ a romana curia n̄
nūq̄ q̄te⁹ hēat̄ e⁹dē facultatꝭ doctrīale iudi-
ciū vbi nihil vnq̄ agit̄ ð pſōis niſi p⁹ſalte